

18
pace consociet. augeat triumphis. ampli
ficiet in seculis. perficiat eis ad perpetuitatem
temporis ad uitam eternitatis. ut eos tem
porali florentes gloria muniat. et ad perpetui
am redemptos coronet. et ad regna celestia
potenti uirtute producat. propter propitiatio
nem sanguinis eius. per ipsum datorem qui
se ipsum dedit redemptionem pro multis.
qui se hostiam pro delictis offerre dignatus est.
qui exaltatus in ligno crucis sue. principa
tus et potestates humiliavit. qui tecum fide
re sedet in throno. in dissolubili conexio
ne spiritus sancti. Per infinita secula seculorum. amen.
Item alia benedictio ad accelerandum.

Dominus deus pater omnipotens eterne deus. qui per unige
nitum tuum. beatum paulum apostolum uas
electionis appellari uoluisti. et ipso euangelizante ac dicente fidelibus. uos estis tem
plum dei uiui. et spiritus dei habitat in uobis. et
sciat unusquisque uirum suum uas possidere in
sanctificatione et honore. omnibus dominum nostrum ihesu
christi membris eandem spem concessisti. te hu
militer imploramus. ut in hanc capsam capien
dis seculorum nostrorum membris ut ex uiuis. et pigne